

Psalmus

A nomine christi psecutiones grauissimas
gtulerunt: que in isto psalmo aptissime ppe-
tant. In diversis enim passionib⁹ cōstituti
orabat p ecclesia ne infructuosus esset po-
steris sanguis illorū: vt dñica seges vñ ini-
mici eam putauerāt periturā inde veraci⁹
pollularet. Filios quippe mortificatorū di-
cit: qui nō solū non sunt territi pcedentium
passionib⁹: sed in eñ p cui⁹ nomine passos
eos nouerāt exhortāte illoꝝ gloria ad uni-
tandū accensi copiosissimus agminib⁹ cre-
diderūt: Ideo dixit: Scdm magnitudinez
brachij tui. Res em̄ tā magna secuta est in
pplis christianis: vt eam qui se aliquid pse-
quēdo pficere putabant: nullo mō crede-
rent secuturā. **R**edde: inq: vicinis
nostris septies tm̄ in sinuſ eorum.
Alia lra.
Et
ptupla in
u coiu.
Alia lra.
n proprietū
noꝝ.
Alia lra.
paue tue.
p
No mala optat: sed iusta pñuiciat: et futura
pphetat. Septenario aut̄ numero: id est se-
ptupla retributiōe pfectionē pene vult in-
telligi: qz isto numero plenitudo significari
solet: vñ et illud est i bonis: Accipiet i hoc
seculo septies tñ: qd̄ positū est p omnibus
quasi nihil habētes et oia possidētes. Vici-
nos dicit: qz int̄ illos habitat ecclesia vsc⁹
in diē separationis. Non em̄ mō fit discessio
corporalis. In sinuſ eorum dicit vtiꝝ nūc in
occultis: vt vindicta que in hac vita agit i
occulto: post innotescat in natiōib⁹ aī ocu-
los nostros. Homo nāqz cū dñk in repro-
bū sensum in interiore sinu accipit supplici-
orū meritū futuroꝝ. **O**pprobriu eorum
qd̄ exprobrauerūt tibi dñe. Hoc eis
redde septupla in sinuſ eorum: id est pro isto
opprobrio eos in occultis eorum plenissime
reproba. Libi enim exprobrauerūt nomē
tuū se arbitrātes i seruis tuis dele te fra:
Nos aut̄ pplis tuis. Generaliter
acciendū de omni genere piorū et veroꝝ
christianorum. Nos ḡ quos pdere se posse
putauerūt plis tuis. **E**t oues gregis
tui: Ut qui gloria in dño gloriet. **O**fi-
tebimur tibi in seculū: Alij aut̄ codi-
ces habent. **O**fiitebimur tibi in ete-
ritū. Ex ambiguo greco facta est ista diuer-
sitas. Qd̄ enī habet grec⁹ εἰσ τὸν αἰώνα
et in eternū et in seculū interpretari pot: si pro
loco intelligendū quid melius interpreta-
ti sit. Gensis ergo hui⁹ loci magis mibi vi-
det ostēdere: in seculū dici oportere: id est
vsc⁹ in fine seculi. Sequēs aut̄ versus mo-
re scripturarū: maximeqz psalmoꝝ repeti-
tio supioris est ordine cōmutato: p̄us ha-
bens qd̄ ibi est posteri⁹: et posterius qd̄ ibi

LXXIX.

est p̄us. **N**ā qd̄ ibi dictū est: **O**fiitebimur ti-
bi: pro ipo hic dictum est: Annūciabimus
laudem tuam. Qd̄ itaqz ibi dictū est: in se-
culū: pro ipo hic dictū est: in generationē.
Ita quidē generatiōis repetitio ppetuita
tem significat: siue vt nōnulli intelligit: qz
due sunt generatiōes vetus et noua: sed in
hoc fit seculo vtraqz: qm̄ qui non renatus
fuerit ex aqua et spiritu nō intrabit in regnū
celorū. Beinde quia i isto seculo annūciat
laus dei: nam in futuro seculo cum vide-
bimus eum secuti est: cui deinceps annūci-
etur nō erit. **H**os ergo populus tu⁹: et oues
gregis tui: quas pseqndo illi crediderūt se
posse cōsumere: **O**fiitebimur tibi in seculū
pmanente vtiꝝ ecclesia vsc⁹ in finem quā
illi delere conati sunt. **I**n generatio-
nem et generationē: annūciabim⁹
laudem tuā. Que laus vt tacereſ nos fi-
nire conati sunt. **M**ultis aut̄ iam locis san-
ctarū scripturarū insinuauim⁹ cōfessionem
etia pro laude pont: sicuti est illid: hec dice-
tis in cōfessione: opa domini vniuersa: qm̄
bona valde: maximeqz illid: qd̄ ait ip̄e salua-
tor: qui nullū habebat oīno peccatū qd̄ pe-
nitendo confiteret: **O**fiiteor tibi pater do-
mine celi et terre: qz abscondisti hec a sapien-
tibus: et reuelasti ea paruulis. **H**oc dixi: vt
aptius intelligat: idē esse repetitū in eo qd̄
dictū est: Annūciabim⁹ laudem tuam: qd̄
supius dictū erat: cōfitebimur tibi.

Eplicit Tractatus de ps. LXXVIII.

Incipit Tractatus de ps. LXXIX.

On adeo multa sunt in hoc psal-
Nmo in quib⁹ sermo nř patiat diffi-
cultatem vel intentio auditorū in-
telligendi impedimentum. Proinde adiu-
uante domino cum affectu audiendi et vi-
dendi iam que pphetata et predicata sunt:
tanqz erudit in schola christi currere debe-
mus que plana sunt: vt si forte obscura exi-
gunt officium interptandi ea que plana sūt
legendi officium a me debeat flagitare.
Cantatur hic de aduentu domini et salua-
toris nostri Iesu christi: et de vinea eius: si
cantat ille asaph quātum apparet illumina-
tus atqz correctus: cuius nomine nostis si-
gnificari synagogam. Beniqz titulus psal-
mi est. **I**n finem pro his qui immi-
tabuntur. Utqz i melius. **Q**uoniā chri-
stus finis legis ideo venit: vt imutet in me-
lius: et ait: testimonii ipsius asaph: bonuz
testimonii veritatis. Beniqz b testimonii
et christum et vineam constitut: hoc est ca-

Psalmus

put et corpus: regem et plebem: pastorem et
gregem: et totum omnium scripturam mysterium
christum et ecclesiam. Cōcludit autem titulus psal-
mi. Pro assyriis. Assyrii interpretantur di-
rigentes. Nam ergo non sit generatio que
cor non dirigit suum: sed generatio iam diri-
gens. Ergo audiamus quid dicat in hoc
testimonia.

*Allia lfa.
t regis.
Allia lfa.
t ouem.*

Expositio psalmi.

Qui pascis israel intende: Quid
est: qui pascis israel intende: Qui
deducis velut oves ioseph.

Inuocat ut veniat: expectat ut veniat: de-
sideratur ut veniat: ergo dirigentes inue-
niat. Qui deducis inquit velut oves Jo-
seph. Jam Joseph velut oves: ipse Joseph
ovis sunt: et ipse Joseph ovis est. Auditio
Joseph: et interpretatio eius nominis
multum iuuet: significat enim augmentum: et
ideo utique venit ille: ut mortificatum granum
multipliciter surgeret: hoc est augere popu-
lus dei: tamquam ex eo quod iam nostis conti-
gisse de Joseph: veniat in mente a fratribus
venditus: veniat a suis exhortatus: apud
alienigenas exaltatus: et intelligens: in cuius
grege esse debeamus simul cum illis qui iam
dirigunt cor suum: ut lapis reprobatus ab
edificantibus fiat in caput anguli: tenens
duos parietes de diverso venientes: sed in
angulo concordantes. **Qui sedes su-**
per cherubim: Cherubim sedes est glie-
dei: et interpretatur plenitudo scientie: ibi se-
det deus in plenitudine scientie. **Licet intel-**
ligamus cherubim sublimes esse celorum po-
testates atque virtutes: tamquam si vis eris che-
rubim. Si enim cherubim sedes est dei: audi
quid dicat scriptura: Anima iusti sedes est
sapienie. **Quo inquis ero plenitudo scien-**
tie: Quis hoc implet? Habes vero impleas:
Plenitudo legis caritas: Noli ergo multa ire
atque distendi. Ferret te ramorum diffusio: radi-
cē tene: et de magnitudine arboris noli co-
gitare. Sit in te caritas: et necesse est pleni-
tudo scientie cōsequat. **Quid enim nesciūt**
caritatem sciri? Quādō quidē dictū est: de-
caritas est. Qui sedes sup cherubim

*Allia lfa.
t manifestare.
t Effraim.*

appare. Iō enim errauimus: quod non appare-
bal: Appare. Lorā Effrē et Beniamī
et Manasse. Appare in qua coram gente
iudeorū: corā populo israel. Ibi enim Effrē:
ibi Manasses: ibi Beniamin. Sed inter-
pretationē videamus: Effrem fructificatio:
Beniamin filius dextere Manasses oblitus.
Appare enim corā fructificato corā filio dex-

LXXIX.

tere: appare cum oblio: ut iam non sit obli-
tus: sed venias illi in mente quod liberasti. Si
enim gentes commemorabunt: et conuertent ad
domini uiuersi fines terre: populus ipse de
Abraā venies: non habuit parietē suū qui
gaudeat in angulo cum scriptū sit: Reliquie
salve sicut: **Excita potentiam tuā: Nā**
infirmus eras quod dicebat: Si filius dei est
descēdat de cruce. Nihil valere videbar:
pualuit super te persecutor: et demonstrasti hoc
antea: quod et Jacob ipse pualuit angelo in lu-
ctando. Quādō nisi vellat angelus? Et pua-
luit homo et victus est angelus: et vicit ho-
men angelū: et dicit: Nō dimittā te nisi bñ-
dixeris mihi. Magnū sacramētū et stat vi-
cus: et benedixit victorē: Vici: quod voluit:
carne infirmus: maiestate fori. Et bñdixit:
vocabenis inquit isti: Letigit tū et semoris la-
titudinem et aruit: cundēque hominē vñsu fecit
et benedictū et claudū. Vides claudicasse
populū iudeorū: vide et ibi et benedictū ge-
nus apostolorum. Excita ergo potentiam tuā. Ordinu-
videris infirmus? Crucifixus ex infirmitate: re-
surge in virtute. Excita potentiam tuā. Et
veni: ut saluos facias nos. Deus
couerte nos: Quersi enim sumus a te: et nisi
Allia lfa.
tu couertas non couertemur. Et illuminā ostendā
facie tuam et salui erimus. Numquid
ille obscurā habet faciem? Non habet ob-
scurā faciem: sed opposuit ei nubem carnis: et
tanquam velut infirmitatis: et non est putatus
ipse cum penderet in ligno: agnoscendus cu[m]
sederet in celo. Nam ita factū est. Presente
in terra christum: et miracula faciente non
agnouit asaph: mortuū tamen post ea quod resur-
rexit et ascendit in celum: agnouit cōfūctus
est: dixerat et de illo totū h[ab]et testimonium
quomodo agnoscim⁹ in hoc psalmo: Illumi-
na faciem tuā et salui erimus. Obtexisti fa-
ciem tuā et erotauimus: illuminā illā et salui
erimus. O nō deus virtutū: usque quo
irasceris in orationē serui tui. Nam
serui tui. Irascerabis in orationē serui tui: Couer-
tisti nos agnouimus: et adhuc irasceris in
orationē serui tui: Ita plane irasceri ut pa-
ter corrigas: non ut iuderis dominas: ita pla-
ne irasceris quod scriptū est: filii accedens ad
seruitutē dei: sta in iustitia et timore: et ppara-
tiā tuā ad temptationem. Ne putas iam
trasisse iram dei: quod cōuersus est: trāsit: sed
ne dānet ieternū: flagellat autem non parcit:
quod flagellat oēm filium quem recipit. Si flagel-

Psalmus

lat autē omnē filium quem recipit. Flagellat omnē qui ē vniuerso non pepercit. Sed tñ q̄diu irasceris in orationem serui tui: non iam inimici tui. Sed irasceris in orationem serui tui: q̄diu: Sequit. Cibabis nos pane lachrymarū: et potabis nos i lachrymis in mēsura. Quid est ī mēsura? Apostolū audi. Fidelis deus qui nō vos permittit temptari: supra q̄ potestis ferre. Ip̄a est mensura p̄ viribus tuis: ipsa est mensura ut erudiaris: non ut oprimaris. D̄s̄suisti nos in cōtradictionē vicinis nostris. Plane factū est: id est d̄ asaph electi sunt qui rent ad gentes: et p̄dicarent christū: et diceref eis: Quis est iste nouorū demoniorū annūciator? Posuisti nos in cōtradictionē vicinis nostris. Cum em̄ p̄dicabant cui cōtradicebat: que p̄dicabāt mortuū resurrexisse xp̄m. Quis h̄ audiat? Quis hoc nouerit? Noua res: signa consequebant: et incredibili rei fidei miracula faciebāt. Contradicebat: sed cōtradictor vinecebat: et ex cōtradictore fidelis efficiebat. Ibi tamen magna flāma: ibi martyres cibati de pane lachrymarū: et portati in lachrymus: sed in mēsura: nō ampli⁹ q̄ poterāt ferre: ut post mēsūrā lachrymarum sequeret corona gaudioꝝ. Et inimici nostri subsannauerūt nos. Et ubi sunt q̄ subsannauerūt? Biu dictū est: Qui sunt isti colentes mortuū: adorantes crucifixum? Biu dictum est: Ubi ē nasus subsannantiū? Nōne nunc qui reprehendunt in cauernas fugiunt ne rideant? Et inimici nostri subsannauerūt nos. Sed videtis quid sequat. Domine deus virtutū couerte nos: et ostende facie tua et salui erimus. Clineam ex egypto trāstulisti: eiecisti gentes et planasti eam. Novumus: factū est. Que gentes electe sūt? Ammorrei: cethhei: hiebusci: gergesei et euei: quib⁹ expulsis et victis: introductus est popul⁹ ex egypto liberatus ī terram p̄missionis. Unde vinea electa sit: et ubi plātata sit audiūm⁹: videam⁹ quid deinde factum est: quomodo creuerit: quā tum creuerit: quid occupauerit. Clineam ex egypto transtulisti: eiecisti gentes et planasti eam. Aliā fecisti in conspectu eius: et plantasti radices eius et impleuit terram. Nūquid impleret terra: nisi via fieret in conspectu eius? Que via facta est in conspectu eius? Ego sum inq̄t via

LXXIX.

et veritas et vita. Merito impleuit terram. Hoc dictū modo de vinea ista qđ p̄fectum est usq̄ in finem: Ut rūtamē quid prius? Operuit montes umbra eius et arbusta eius cedros dei. Exten-
disti palmites eius usq̄ ad mare: et usq̄ ad flumen pagines eius. Hoc desiderat officium expositoris: non sufficit lectoris et laudatoris: adiuuate me inten-
dendo. Solet em̄ vinea huius cōmemora-
tio in hoc psalmo caliginem facere minus
intentis. Etenim magnitudo vinee huius
iam a nobis explicata est: et vnde facta est:
et vnde facta sit magna: p̄dictuz est: Viam
fecisti in cōspectu eius: et plantasti radices
eius: et impleuit terram. Hoc de p̄fectione
ipius dictum est. Sed tñ p̄ma gens Judea
fuit ista vinea. Hens autē Judea usq̄ ad
mare: et usq̄ ad flumen regnauit. Usq̄ ad
mare apparet in scriptura qđ mare ibi vici-
num sit: Et usq̄ ad flumen iordanē. Trans
iordanē em̄ aliquid iudeorū collocatū est:
infra iordanē aut tota gens. Ergo usq̄ ad
mare: et usq̄ ad flumen regnū iudeorū: re-
gnū israel: nō autē a mari usq̄ ad mare: et a
flumine usq̄ ad terminos orbis terre. Illa
iam perfectio vinee est: de qua hic p̄dixit:
Aliā fecisti in cōspectu ei⁹: et plantasti radī
ces eius et impleuit terram. Cum tibi ergo
p̄dixisset et p̄fectionē: rediit ad initium: de
quo initio sit facta p̄fectio. Initium vis audi-
re: Usq̄ ad mare: et usq̄ ad flumen. Finem
vis audire: Biabilis a mari usq̄ ad mare: et
a flumine usq̄ ad terminos orbis terre: hoc
est: impleuit terrā. Videam⁹ ergo testimo-
nium asaph: quid factum est prime vinee:
quid est expectandū secunde vinee: immo
eidem vinee: Ip̄a est em̄: nō em̄ altera est:
Inde christ⁹ sal⁹ ex iudeis: inde apostoli:
inde p̄mi credētes et p̄cia rerū suarū an̄ pe-
des aploꝝ ponētes: inde oia b. Et si aliq̄ ex
ramis fracti sūt: p̄f incredulitatē fracti sūt:
tu aut̄ p̄plus gentiū fide sta: noli altū sape-
fitime. Nā si deus naturalib⁹ ramis nō pe-
percit: neq̄ tibi parcat. Si aut̄ altū sapis:
nō tu radicē portas: sed radix te. Quid ē
vinea an̄ cui⁹ p̄spectū sc̄tā ē via: Facta ē ut
ipleret terrā. Pr̄io ubi fuit? Op̄uit mōtes
umbra ei⁹. Qui sunt montes? Prophe-
te. Quare op̄uit illos umbra ei⁹? Quia obscu-
re locuti sunt. Quare futura annūciata
sunt? Audis a prophetis: obserua sabba-
tum: octauo die circūcide īfante: offer sa-

Psalmus

crificiū arietis: vituli: birci noli moueri vmbra eius ē cooperiēs montes dei: venier et post vmbram manifestatio. Et arbusta et cedros dei: id est cooperuit cedros dei altissimas sedes dei. Sunt enim cedri significātes superbos euerēdos. Cedros libani altitudines mōi: Operuit crescēdo vinea ista et montes dei omnes sanctos prophetas patriarchas. Sed quousq; extendisti palmites eius: Usq; ad mare et usq; ad flumen pagines eius. Inde quid: Ut quid destruxisti maceria eius: Iam videtis euersam illaz gentem iudeorum: iam ex alio psalmo audistis: In dolabro et fractorio deiecerunt eaz. Quādō fieret: nisi eius maceria destrueret: Que est maceria eius: Munitio eius. Extitit enim superba aduersus plantatorem suum: et seruos ad se missos et petentes mercedem: coloni flagellauerunt: ceciderunt: occiderunt: Tenuit et unicus filius: dixerunt: Hic est heres ventre occidamus eum: et nostra erit hereditas: occiderunt et extra vineam piecerunt: projectus magis possidet vnde projectus est. Sic eminat per Esaiam: Destruam maceriam eius. Quare: Expectaui em̄ ut saceret vuam: fecit autē spinas. Expectaui inde fructuz: et inueni peccatiū. Quid ergo queris o asaph: Ut quid destruxisti maceriam eius: Tu em̄ nescis. Quare: Expectaui ut saceret iudiciū: et fecit iniquitatē. Nō erat destruenda maceria eius: Et venerūt gentes: destructa maceria: inuasa ē vinea: ac deletum regnum iudeorū. Hoc primū plangit: sed non sine spe. De directiōe em̄ cordis iam loquit: id est p assyris: pro dipletibus psalmus ē. Ut quid destruxisti maceriam eius: Et vindemiant eam omnes transentes viam. Quid est viam trascentes: Temporaliter dominantes. Deuastauit eam aper de silua: Apri de silua quid intelligimus: Ju deis porcus aduersus est: et in porco ponunt tanq; immūdiciam gentium. A gentibus autem euersa est gens iudea: sed rex ille qui euerit: nō tñ porcus immūdus: sed etiā aper fuit. Quid enī aper: nisi porcus seuus: porcus superbū: Aper de silua vastauit eam: de silua gentium. Etenī illa vinea erat: gentes autē silue erant. Sed qñ crediderunt gentes: quid dictum est: Lūc erulabunt omnia ligna siluarū. Deuastauit eam aper de silua. Et singularis fe-

*Alia lfa.
et qui pregre
diunt.
Extermiavit.*

LXXIX.

rus depastus est eam. Quid est singularis ferus: Ipse aper qui deuastauit eam. Singularis ferus: singularis qz superbū. Hoc enim dicit omnis superbū: Ego suz ego sum: et nemo: Sz q fructu hec: De virtutum conuertere: Quis hec facta sint: conuertere. Respice de celo et vide et visita vineam istam. Et perfice eam quā plantauit dextera tua. Non aliam initiae: sed hanc perfice. Ipse est enim semen Abraam: ipsum est semē in quo benedicunt omnes gentes: ibi est radix ubi portatur oleaster insertus. Perfice vineam istaz quā plantauit dextera tua. Sed ubi perficit: Et super filium hominis quem confirmasti tibi. Quid cuidetius: Quid adhuc expectatis ut vobis disputando exponamus: et non potius vobiscuz admirando clamemus. Perfice vineam istam quā plantauit dextera tua: et super filium hominis eam perfice: Quem filium hominis: Quē confirmasti tibi: Agnum firmamentū: edifica quātum potes: fundamētū aliud nemo potest ponere pter id quod posituz est: quod est christus Jesus. Succensa igni et effossa: ab increpatione vultū tui peribunt. Que sunt succensa igni et effossa: que peribunt ab increpatiōe vultus tui: Videam et intelligamus q̄ sunt igni succēsa et effossa. Quid increpauit christus: Peccata. Ab increpatione vultus eius peccata perierūt. Quare ergo peccata igni succēsa et effossa: Omnia peccata due res faciunt in homine cupiditas et timor. Logitate discutite interrogate corda vestra: pscrutamini cōsciētias: videte vtr̄ possint cē peccata: nisi aut cupiendo aut timendo. Proponit premium ut pecces: id est quod te delectet facis ppter qd cupis: sed forte nō ducens donis: terrenis nimis: facis propter quod times. Corrumpere te vult aliquis: ut dicas: vbi gratia: falsuz testimoniu. Innumerabilia sunt: sed planiora ppono: de quibus cetera cōsciari. Attendisti tu deum: et dixisti i animo tuo: quid pdest homini si totum mundum lucretur: anime autē sue detrimentū patias: Nō adducor premio: ut perdā animā meā p lucro pecunie. Conuertit ille se ad incutiendū metuz qui premio corrumperē non valuit: incipit minari damnum: expulsionem: cedes fortassis et morte. Ibi iam si cupiditas non valuit: forte timor

Psalms

valebit ut pecces. Porro autem si de scripturis: sicut contra cupiditatē venit tibi in mentē: Quid p̄dest homini: si totū mundū lucretur: anime autē sue detrimentū patiat̄ur. Veniat etiā contra timorem in mentē: Nolite timere eos qui corp⁹ occidūt: animam autem non possunt occidere. Quicquid te vult occidere vsq; ad corpus: ei licet: vsq; ad animam non licet. Anima tua non morietur: nisi tu eam volueris occidere. Perimat aliena iniquitas tuam carnē: dum seruet veritas animā tuam. Si autē a veritate resilieris: quid tibi ampli⁹ facturus est inimicus: q̄d tu tibi ip̄e facis. Inimicus seuiens carnem potest occidere: tu autē dicendo falsum testimoniu⁹ animam occidis. Audi scripturam: Os quod mentitur occidit animā. Itaq; fratres mei ad onine recte factum: amor et timor dicit. Ut facias: bene amas deū: et times deū: ut aucticas male: amas mundū: et times mundū. Hec duo conuertant ad bonū. Amabas terram: ama vitam eternam: timebas mortem: time gehēnam. Quicquid tibi iniquo pmiserit mundus: nūquid p̄t dare quātū dabit iusto deus? Quicquid tibi iusto minatus fuerit mundus: nūquid potest facere quod facit iniquo deus? Vis audire quid datur⁹ est deus: si iuste vixeris. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Vis videre quid facturus est impijs: Ite in ignē eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Bene quidem tu nihil aliud vis: q̄d ut bene tibi sit. Nam in eo qđ amas: vis ut bene tibi sit: et in eo qđ times: non vis ut male tibi sit: sed non in ea regione queris: in qua querendum est. Festinas. Nam et si ne indigentia vis esse: et sine molestia. Bonum est qđ vis: sed tolera quod non vis: ut assequaris quod vis. Proinde illius facies delens peccata: quid faciet? Que sunt peccata? Succensa igni et effossa. Quid fecerat amor malus? Lanq; ignem succenderat. Quid fecerat timor malus? Lanq; effoderat. Amor q̄ppe inflāmat: timor humiliat: Idō peccata mali amors igne succēsa sunt: peccata mali timoris effossa sunt. Humiliat et bonus timor: accendit et bon⁹ amor: sed aliter atq; aliter. Nam et colon⁹ intercedens pro arbore que fructus nō dabant ne subuerteret ait: Circūfodio eum et adhibebo cophinum stercoris. Fossa signi

LXXIX.

Sicut piam humilitatē timentis: et stercoris cophinus sordes viles penitētis. Beigne autē boni amoris: ignē inqt̄ veni mutare in mundum: quo igne in ardescant spiritu feruentes: et dei ac primi caritate flagrantes: ac per hoc sicut omnia iusta opera: bono timore: et bono amore fiunt: sic malo amore: et malo timore omnia peccata cōmittunt. Ergo succensa igni et effossa omnia scilicet peccata ab increpatiōe vultus tui persūit. Fiat manus tua super virū dexteretue: et super filiu⁹ nominis quē confirmasti tibi. Et no discedimus a te: Q̄diū generatio prava et amaricās: et que cor non dirigit suum: dicat asaph: ut ostēdat se misericordia tua. Fac bene cum vinea tua: perfice illam: quoniam cecitas ex parte i⁹ israel facta est: ut plenitudo gentiū introiret: et sic oīs israel saluus fieret. Be mōstrata facie tua super virum dexteretue quem confirmasti tibi: non discedimus a te. Q̄diū nos increpas: Q̄diū accusas: Hoc fac et non discedimus a te. Unificabis nos et nomen tuū inuocabimus. Tu nobis dulcis eris: viuificabis nos. Nam prius amabamus terram nō te: sed mortificasti membra nostra que sunt super terram. Illud enim vetus testamentū habēs promissa terrena: hoc videtur suadere: ne gratis colatur deus: sed quia aliquid dat in terra: ideo diligis. Quid amas ut deum non ames. Dic mihi: Ama si potes aliquid quod ille nō fecit. Circūspice universam creaturam: vide vtrum alicubi cupiditatis visco teneat̄: et a diligēdo creatorē impedians: nisi ea re quam creauit ip̄e quem negligis. Quare autē amas ista: nisi quia pulchra sunt: Possunt esse tam pulchra: q̄d ille a quo facta sunt: Miraris hec: quia illum non vides: sed per ea que miraris ama quem non vides. Interroga creaturam si a seip̄a est: remane in illa. Si autem ab illo est: non ob aliud perniciosa est amatori: nisi quia preponitur creatori. Quare hoc dixi: Propter versum istum fratres. Mortui ergo erant qui propterea deum colebant: ut eis bñ carnem bñ esset. Sapere em bñ carnem mors est: et mortui sunt qui non deum gratis colunt: id est: qđ ip̄e bon⁹ est: nō quia dat talia bona qđ dant et non bonis. Pecuniam vis a deo: habet et latro: uxorem: secūditatem filiorū: salutem corporis dignitatem seculi: attende q̄d

Psalmus

multi mali habent: hoc est totum propter quod cum colis. Autabunt pedes tui: putabis te sine causa colere: quādo in eis vides ista qui cum non colunt. Ergo ista dat omnia etiam malis: se solum seruat bonus. Iunificabis nos: nam mortui eramus: qui terrenis rebus inherebamus: mortui etiamus quādo terreni hominis imaginē portabam⁹. Iunificabis nos: innouabis nos: vitam interioris hominis dabis nobis. Et nomen tuū inuocabim⁹: id est te diligim⁹: tu nobis dulcis eris remissor peccatorum nostrorū: tu eris totum premiū iustificatorum. Domine deus virtuti converte nos: et ostende faciem tuam et salu⁹ erimus.

Explicit Tractatus de ps. LXXIX.

Incipit Tractatus de ps. LXXX.

Liqui ad vos de p̄senti psalmo suscepimus: adiuuet vocem nostrāz qui et vestram. Etenim aliquāto ē obtusior: dabit ei vires intentio audiētū: et adiutorium iubentis ut loquar. Titulum habet psalmus iste. In finem pro torcularibus quinta sabat: psalmus ipi asaph. In r̄num tituluz multa sunt cōgesta mysteria: ita tamē ut limen psalmi indicet interiora. Cum de torcularib⁹ locuturi sumus: nemo vestrum aliqd expectet nos dicturos esse d̄ lacu: de prelo: de fiscinis: quia nec ipē psalm⁹ hoc habet: et ideo magis indicat mysteriū. Nā si aliiquid tale psalmi cōtineret: non deesset qui putaret ad litteram esse accipiēda torcularia: nec aliqd illic tale ampli⁹ requiriēdum: nec mystice aliiquid positum et sacrate significatiū: sed diceret simpliciter: psalmus de torcularibus loquit. Et tu mihi nescio quid aliud suspicaris: nihil hic tale audiſtis cum legeref. Ergo accipite torcularia mysteriū ecclesie quod nūc agitur. In torcularibus animaduertim⁹ quedāz tria: pressuram: et de pressura quedāz duo: vnu recōdendū: alterum p̄ficiendum. Sit ergo in torculari p̄culatio: tribulatio: pondus: et in his oleum aliquāt occulce in gemellariuz: amurca publice q̄ plateas currit. Intendite ad magnū hoc spectaculū. Nō em desinit deus dare nobis quod cum magno gaudio spectemus: aut circi insania huic spectaculo cōparanda est. Illa ad amur-

LXXX.

cam pertinet: hoc ad oleum. Quādo ergo auditis contumaciter garris blasphemos et dicere: abundare pressuras temporibus christianis: scitis enim quia hoc amant dicere: et vetus quidē: sed a temporibus christianis cepit puerium: Non pluit deus: dic ad christianos: q̄q̄ p̄ores ista dixerūt. Isti autē modo dicunt: et quia pluit de⁹: dicant christiani: nō pluit deus: nō seminamus: pluit deus: nō trituramus: et inde volunt superbire unde deberent amplius supplicare: eligētes blasphemare q̄ orare. Cū ergo ista cōmemorant: cum ista iactant: cū ista dicunt: et cōtumaciter dicunt: non cum timore: sed cum elatione: non vos perturbent. Puta enim quia pressure abūdant: tu oleum esto. Nigra tenebris ignorantie amurca insultet: et illa tanq̄ per plateas p̄fecta publice insultet: tu apud te in corde tuo: vbi qui videt in occulto reddet tibi: liquare in gemellarium. Oliua in arbore q̄ busdam quidem tempestatis agitat: non tamē pressuris torcularis atterit: ideo vtrūq̄ simul pendet ex arbore: et quod p̄ficiendum est: et quod recondendū. At vbi ad torcular et pressuras ventū fuerit: vtrūq̄ discernit: dirimit: et aliud appetitur: aliud respuit. Vultis nosse vnu torcularium istorum: Ut r̄num aliquid dicam: vnde et ipi murmurant qui ea faciunt: quāte inquiunt rapine temporibus nostris: quāte pressure innocentū: quāte expoliations rerū alienarum: Ita sane in amurcam attenditis: quia rapiunt res alienae: in oleum non attēditis: q̄a pauperib⁹ donantur et proprie. Non habebat antiquitas tales raptore rerum alienarum: sed nō habebat antiquitas tales donatores rerum suarum. Ali quanto esto curiosior in torculari: noli hoc solū videre quod publice fluit: est aliiquid qđ querendo inuenias: Discute: audi: cognosce q̄ multi faciunt quod ex ore domini cum audisset vnu diues tristis abcessit. Ex euangelio multi audiunt: Glade vende omnia que possides: et da pauperibus: et habebis thesaurum in celis: et veni sequere me. Non attendis q̄ multi id faciunt: Pauci inquiunt sunt: ipsi tamē pauci oleū sunt: et qui bene vtuntis reb⁹ quas possident ad oleum pertinent. Aduunge omnia: et videbis patrissimilias tui plenas apothecas. Videbis raptorem qualez nunq̄ vidisti: vides cōtemptorem rerum sua-